

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscurorum virorum

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

13. Magister Balthasar Schlaug

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-976](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-976)

13.

Monachus quidam
Magister Balthasar Schlaug
Magistro Ortvinio Gratio

Roma Coloniam misit

Salutes centum millia sestertia, secundum novam grammaticam,
cum summa veneratione a parte ante.

Venerabilis Domine Magister, Epistola vestra solatio est mihi præsentedata in festo Michaeli, et volo pro nunc vobis respondere. Sed rogo vos præcordialiter et charitative, quod velitis mihi, quando nuncius iste de via revenit, in una saltem parva cedula notescere, quomodo transit vobis, præsertim in illa lite cum Reuchlinus et Pfefferkorn, qui habent ambo nequam post aures et faciunt magnas guerras. Reuchlin dicit grossa verba et non intelligibilia. Ego audi quod mox abibit ad fiendum Doctor, quia vult esse bene lectus in Biblia, quod non est. Audimus hic tot de illo, quod non possem ad viginti arcus Papyri scribere, et causa sua erit malam finem acquirere. Tenuit vos sæpe pro stulto, et tibiavit vos, quod non debetis eo sic mittere transire. Magister debet tenere se sicut Magister. Omnes dicunt quod eritis lux mundi fieri. Vos bene manebitis præ ipso.

Quæritis, quomodo mihi vadat, et non possum vobis clam habere, quod adhuc in Roma vitam traham, et plane depauperatus sum: habeo aliquando vix siccum panem et in nocte utor mala lectisternia. Rarissime fio vinificatus, quia vocor ad nullas convivalitates. Ego ivi nuper pro caseis et per decem dies non plures quam quindecim collegi: dixit mihi heri una antiqua vetula, quod unus sacerdos ruralis oportet venire de pastoria sua: ergo sperem habeo, quod post illum venire possim. Habeo ibi multas aucas, iuvenes et senes gallinas, antetas, ganzas, bona piscalia, bona coqualia; habet etiam vinum Cos, etc.

Tunc volo sedere in stuba mea et studere, ut possim rusticis prædicare in sermonibus Parati vel discipuli vel etiam in Biblia, ita quod ero habituatus ad prædicandum. Interim adhuc audiam Magistrum Thomam de Walleis qui legit Logicam et concordantias inter sacram Scripturam et fabulas Poetales.

Compilavi unam epistolam carminalem seu metrosam, quam volo mittere imprimere. Sed peto quod mihi de hac prius dicatis sentimenta vestra. Valete lætius quam apis in thymo, vel piscis in undis. Valete adhuc semel.

Datum in urbe Roma, ubi sunt mirabilia poma,
Quæ rustici ibi vendunt et per libram bene pendunt,
Sicut ego vidi et per experientiam didici. Amend.

¹ Tota fere hæc ep. ex diversis genuinis Epp. O. V., quod verborum index facile demonstrat, consarcinata est, e. gr. ⁶ Ep. O. V. II. 1. ⁷ Ep. O. V. II. 10. ⁸ Ep. O. V. II. 47. ¹³ Dial. nov. et mire fest. §. 59. ¹⁴ Ep. O. V. II. 55. ¹⁵ Ep. O. V. I. 47. ¹⁷ eo] i. e. ei. Ep. O. V. II. 23. ¹⁸ Ep. O. V. II. 62. ²⁶ Ep. O. V. II. 48. ³⁰ cf. Ep. O. V. I. 28. ³⁴ Ep. O. V. II. 44. ³⁵ Ep. O. V. II. 2. i. f.